UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis mauritio [et] socijs militibus martyribus. Cap[itulum]. ciij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

brarunt. Corpuſqꝫ eius in montibus parthorū honorifice condiderunt. Quod proceſſu temporis inde tranſlatū apud ſalernū digna veneratione quieſcit. zaroes autem ⁊ arphaſath ex ea die qua mattheus regis filium ſuſcitauit in perſidam fugerunt: ſed eos apoſtoli ſymō ⁊ iudas ibidem vicerunt: vt dicetur infra in eorum paſſione. v. kal. nouembris.

¶ De ſancta Iphigenia virgine. Cap. ci.

IPhigenia virgo filia fuit regꝭ egippi: ⁊ diſcipula beati matthei apoſtoli. Quā idem apoſtolus baptizauit: et xp̄i virginē ſacroveIamine cōſecrauit. Cum autē hyrtacus rex apoſtolum occidi mandaſſet: vt ſupra in eiꝰ proxima paſſione actum eſt: iphigeniā virginē cepit de ſuo coniugio appellare: ⁊ per matronas miſſas: ac magorum preſtigia propulſare. Et cum eius animū nullatenus immutare poſſet: totam domū eius igne copioſo vallauit: vt eam cum ceteris virginibus concremaret. Apoſtolus autem cum angelo eidem apparens: omnem ignem ab eius domo excuſſit. Et erumpēs flamma regis palatium inuaſit: ⁊ vix ſolo rege cum filio euadente: cūcta cōſumpſit. Statimqꝫ filius regis a demonio arreptus patris crimina propalans: ad ſepulchrum apoſtoli properauit. Rex autem turpis leproſus effectus: cum curari non poſſet ſe manu ꝓpria interemit: populus autem euphronē ab apoſtolo baptizatū: regem conſtituit: qui annis ſeptuaginta regnauit: et chriſti cultum ampliauit: totamqꝫ ethiopiam eccleſijs repleuit. Iphigenia autem ducentarum et amplius virginum mater exiſtens in ſancto propoſito perſeuerans in pace quieuit. Cuius hyſtoria merito magiſtri ſui paſſione ſubijcit: qꝛ dies dormitionis eius ignorat.

¶ De ſanctis Alexandro ep̄o ⁊ herculano martyribus. Cap. cij.

ALexāder epiſcopus ⁊ martyr cum herculano martyre rome paſſus eſt ſub antonino imperatore. Qui dum clareret miraculis inter cetera luceium quēdā gentilem mortuū ſuſcitauit. Illeqꝫ ſurgens parentibus enarrauit qualiter in carcere obſcuriſſimo poſitus erat: quidam vero iuuenis ſplendidiſſimus ad eum acceſſerat: dicens ꝙ alexander epiſcopus ipſum vocabat: vnde ſtatim ipſe ad corpus redierat. Quapropter tam ipſe luceius ꝙ parentes cum alijs. xxxv. ad dominum conuerſi ſunt: et ab alexandro epiſcopo baptizati. Hoc audiens antoninus alexandrum per Cornelium preſidem fecit teneri: ⁊ vinctum romam adduci: quem creſcentius preſbyter ⁊ bonifacius: ac Vitalis diacones ſecuti ſunt. Et dum imperatori preſentatus chriſtum confiteretur primo fuſtibus ceditur: deinde carceri mancipatur: datis ei quattuor dierum inducijs ad reſipiſcendum. Cum autem preſbyter Creſcentius comes eius ipſum ſub arbore defleret: nūciatur ei ab angelo alexādrum de carcere fuiſſe ſolutum: quod ille ita factum eſſe comperit. Et cum chriſtum iterum predicaret: et ſignis clareret. Iterum captus ⁊ imperatore antonino iubente in equuleo ſuſpenſus eſt: vngulisqꝫ toto corpore laceratus: atqꝫ lapidibus ad latera appoſitis aduſtus. Deinde ad tēplum apollinis adductus eſt: vt ſacrificaret. Sed cū pars templi eius oratione corruiſſet: beſtijs exponitur: ſed intactus permanens in fornacem mittitur: moxqꝫ diuina virtute ignis extinguitur: ⁊ herculanus miles hoc viſo ad chriſtum cōuertitur: ſtatimqꝫ ambo ipſi ab imperatore decollari iubētur. Cū aūt alexāder ad martyriū duceret quedam vidua ei petenti orariū cōmodauit: qd̄ ipſe ſe ei remiſſurū ꝓmiſit. Quod audiētes milites vidue illudebant: ⁊ orarium amiſſum dicebant. Sanctus autē martyr via claudia vigeſimo ab vrbe miliario ductus eſt: qui orario ſoculos texit: ſicqꝫ gladium cū prefato herculano ſuſcepit: ⁊ continuo facto terremotu vicus et therme corruerunt. Orarium autem ꝑ angelū vidue reſtitutū eſt: qd̄ ipſa militibus redeūtibꝰ oſtēdit. Creſcētius aūt preſbyter ⁊ alij qui cū fuerant ſecuti corpus ipſius ſepelierunt in loco: vbi ignē fornacis extinxit. xi. kal. octobris. Sed poſtmodū papa damaſus cryptam fabricauit: ⁊ ibidē ipſum depoſuit.

¶ De ſanctis mauritio ⁊ ſocijs militibus martyribus. Cap. ciij.

MAuritiꝰ dux ſacratiſſime legionis thebeorum cū ſocijs ſuis exuperio: candido: innocētio: victore: vitali: et cōſtantio ſigniferis: ac reliquis eiuſdē legionis ſanctis militibus ſex milibus ſexcentis ⁊ ſexagintaſex paſſi ſunt ſub maximiano imperatore in galijs ciuitate ſedunēſi in loco qui dicitur auganum. Hi thebei dicti ſunt a ciuitate eorum: que thebea nūcupatur: que eſt in partibus oriētis vltra fines arabie. Cū eīm dioclecianus ⁊ maximianus imperatoribus fidē xp̄i cupiētes penitꝰ extirpare: epiſtolas ad diuerſas mūdi partes direxiſſent: vt xp̄iani ſacrificare cogerētur: aut diuerſis penis perimerētur: pluresqꝫ ciuitates in quibus iā xp̄iani dominabantur nūcios vacuos remiſiſſent. Imperatores

ira commoti per omnes prouincias mandauerunt: vt om̄es bellicis armis apti romā venirent: vt oēs rebelles romano imperio ſubiugarent. Littere autē ad populū thebeoꝝ delate ſunt: qui electā legionē ſex miliū ſexcentoꝝ ſexaginta ſex ad imperatores miſerunt: vt eos in bellis iuſtis iuuarent: non aūt contra xp̄ianos pugnarent. Huic ſacre legioni dux erat inclit⁹ beatus mauritius. Diocletianus aūt maximianum cōtra gallias cum infinito exercitu miſit: eiq; legionem thebeorum ſociauit. Ibi a ſancto marcellino papa exhortati ſunt: vt ante gladijs interirēt ꝙ fidē quā acceperant violarēt. Cū ergo vniuerſus exercitus alpes tranſmeaſſet: et othodoruz aduenissent: iubet imperator oēs: qui ſecū venerant idolis immolare ⁊ cōtra xp̄ianos vnanimiter coniurare. Quod audientes ſancti milites ſeptē miliaribus ab exercitu diſceſſerunt: ⁊ in loco ameno: qui dicitur auganum circa rhodanum cōſederunt. Quibus maximianus miſſis militibus mādauit: vt ad deorum ſacrificia cum alijs feſtinarent. Quod illi ſe non poſſe facere reſponderunt: vtpote quia fidem xp̄i haberent. Tunc ceſar ira ſuccenſus miſſis militibus iuſſit: vt aut eos dijs ſacrificare compellerent: aut decimum quēq; eorum quē ſors contingeret: ad ceterorum exemplum ꝓtinus decollarent. Sancti igitur cū gaudio vnus ante alterum feſtinabant: ⁊ ad martyriuz peruenire certabāt. Quos ſanctus mauritius dux eorum aſſurgens ſacra contione confortabat. Nuncijs quoq; imperatoris dixit: ꝙ iam xp̄i mandatum adimplere parati erant: qui petro dixerat: vt mitteret gladiū in vaginā. Nam pro xp̄o mori omnes parati erāt: nullāq; vt pote xp̄i milites defenſionem facere cupiebant: eo ꝙ ad defenſionem reipublice tm̄ arma ſuſceperant. Cum hec imperator audiſſet: iuſſit vt iterum decimum quēlibet trucidarent. Quo facto exuperius ſignifer accinctus inter commilitiones ſtans: eos ad paſſionem glorioſa locutione exhortatur: ⁊ vt omnes arma proijciāt ſuadet: ⁊ virtutibus ſolis armen̄t. Dixitq; nuncijs auguſti: vt hec imperatori referrēt: ꝙ licet milites eſſent ſui ſerui: tamen potius erāt chriſti. Ceſari debebant militiam: ſed chriſto innocentiam: ab imperatore laboris ſtipendium acceperant: a chriſto vite eterne premium preoptabāt. Tunc imperator inſaniens iuſſit omnē ſuum exercitum totam legionem circundare: ita vt nec vnus poſſet euadere. Vallantur ergo ſancti milites chriſti a militibus diaboli: nefandis manibus trucidantur: pedibus equorum conculcantur: et chriſto precioſi martyres conſecrantur. ¶ Dei autem ꝗ̄plures euaſerunt: vt ad regiones alias venientes chriſtum predicarent: et in locis alijs glorioſius triumpharent. Ex quibus fuiſſe dicitur Solutor Auentor ⁊ octauius apud taurinū; Alexander apud bergomum. Secūdus apud vintimiliū. Conſtantinus victor ⁊ vrſus ⁊ alij ꝗ̄plures. Cum ergo carnifices predā diuiſiſſent ⁊ inſimul conuiuarent: quendā iuuenē nomine victorem illac caſu tranſeuntem: ad ſecū cōuiuandum inuitauerunt. Ille aūt coꝝ crudelitatem deteſtans requirere cepit: quomodo inter tot milia occiſoꝝ poſſent cū gaudio epulari. Cūq; audiuiſſet ꝙ ꝓ fide xp̄i mortui eſſent: ſuſpirans ille beatum ſe dixit ſi cū illis fuiſſet occiſus. Cum aūt illi comperiſſent ꝙ chriſtian⁹ eſſet: ipm̄ ꝓtinus trucidarūt. Quoꝝ martyꝝ corpora a xp̄ianis in ipo loco ſepulta ſunt: ⁊ eccleſia eorū nomine fabricata. Sed poſt aliquod tēpus: corpus innocentij martyris in vnda rhodani immerſum: inundatione ipſius fluminis ad terrā euectū eſt: et ab eiuſdē loci epiſcopis cū alijs in eccleſia ſepultū. ¶ In dedicatione aūt ipſius eccleſie faber quidā gentilis die dominico opus ſuū exercebat: qui a ſanctoꝝ exercitu rapit̄: ceditur: et ꝙ die dominico laboraret redarguit̄. Sed correctus ad eccleſiam cucurrit: ⁊ chriſtianū ſe fieri poſtulauit. Paſſi ſunt autē ſancti martyres decimo kal. octobris: circa annos dn̄i. cclxx.

¶ De ſancto Siluano ep̄o. Cap. ciiij.

Siluanus epiſcopus nazarenus claruit tēpore honorij imperatoris. Qui beati hieronymi auditor fuit: ⁊ eidē tanta dilectione cōiunctus: eiuſdēq; moribus ⁊ ſanctitate vite adeo imbutus: vt poſt eius obitū a cunctis hieronymus nouus diceretur. Cum aūt poſt obitū hieronymi quidā ſabinian⁹ hereticus ſurrexiſſet: qui duas in xp̄o diuerſas volūtates aſſereret: ⁊ in ſua ſecta plurimos ꝯgregaſſet: ⁊ ad cōprobandā ei⁹ falſam opinionē libelluz cōpilaſſet: quem hieronymo intitulauerat predictā hereſim comprobantem eiuſq; eloquētiā ⁊ ſtilum habentem. Siluanus ſabinianū ad diſputādū requiſiuit. Statutaq; die ſiluanus cū cyrillo epiſcopo hieroſolymitano: et catholicis ex parte vna. Sabinianus ꝟo cū hereticis ſuis altera ad eccleſiā cōuenerūt. Ibiq; cum fuiſſet diutius diſputatū: hereticus opuſculū a ſe compoſitū ſui erroris fomentum protulit: quod a hieronymo compoſitū aſſeuerauit. Quod ecōtra ſiluanus conſtanter negauit: ⁊ hereſiarchā de falſo cōpilato opere duriter increpauit. Tandē inter ſe in hoc conuenerūt: vt ſi vſq; ad horā nonā diei ſequētis opus illō falſo compoſitū hieronym⁹ miraculo ꝗquā oſtēderet: hereticus capite puniret̄: ſin autē archieps. Catholicis ergo tota nocte in oratione perſiſtētibus: die ſequēti horā pene nonam: ſabinianus ad eccleſiā cū ſuis aduenit: vt dei ſer